Mar. ¶ Non ita ſe habet. His dictis ſeſſio fuit dimiſſa, ſancta iubente ſynodo, vt die Martis frequẽs iterum conueniret. D

¶ Die Martis. xvij. mẽſis Martij ſeſſio. xxiij. Florentię.

Mar. NOſtra qdem religio, P. amp. non ab hominibus, neq; per homines initium habuit, cõfirmataq; fuit, verũ ab ipo dño Ieſu Chro, quẽ diſcipulis ſuis clare & aperte locutũ fuiſſe credimus: idcirco verbis ambiguis & obſcuris poſtpoſitis (licet ea etiã accurate cõſiderata, a nobis magis q̃ cõtra nos faciãt) eo noſtram transferamus orõnẽ, vnde re℞ omniũ canonẽ nos habere oportet. Porro aũt credendũ eſt, magnũ Baſiliũ nec cõtra Chrm dñm, & eius diſcipulos, nec ipſo℞ poſteriores, nec ſibi ipſi diſſona ſcripſiſſe, memoriæq; prodidiſſe, vt pluribus eiuſdẽ Baſilij verbis vobis probauimus, ac dei benignitate, a quo dicẽdi facultatẽ habemus, probabimus. Age igit̃ laudemus diſcipulũ a pceptore, ac ſeruũ a dño, & eundẽ ipm Baſiliũ in ſuis ſermonibus, nõ a dño diſcrepaſſe, verũ ipm ſecutũ fuiſſe probemus. In primis qdem deus, & verbũ, ac primus theologus, & theologo℞ oĩm doctor, cũ extremo ſermõe diſcipulis ſuis illa theologiæ ſecreta proderet, dixit: Cũ aũt venerit paracletus, quẽ ego mittã vobis a patre, ſpm̃ veritatis, q a patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. In quo qdem ſermone, cum de tribus perſonis mentio fit, tribus etiam verbis vtitur, ſingulis, videlicet ad perſonam ſingulam referẽdis. Nam de ſpũ ſancto protulit illud, cum autem venerit paracletus, de ſeipo patreq;, quem ego mittam vobis a patre, de ſolo autẽ patre, q a patre procedit, Inſpice igitur obſecro. P. reuer. q̃ exactiſſimam theologiam nobis tradiderit. Per illud em̃, cum venerit, maximam ſpũs libertatem ac facultatem oſtendit, per illud vero, quẽ ego mittam vobis a patre, ſuam & patris beneuolentiam erga ſpũs ſancti præſentiam, apparitionemq; demonſtrauit, per illud autẽ, qui a patre procedit, patrem ſpũs cauſam eſſe patefecit. Pro qua℞ duabus primis partibus Gregorius theologus in ſermone de ſancto ſpiritu, quem in feſto Pentecoſtes habuit, inqt. Venientẽ qdem vt liberum, miſſum vero non vt ἀντίθεον, hoc eſt, contra deum. Quoniam em̃ pater iam diu præcognitus fuerat, ac deinde filius, poſtremo vero ſpiritus ſanctus apparuit, ne quiſquàm impius crederet ipſum alterius exiſtentem naturæ, ac voluntis aduerſus deum veniſſe, idcirco a patre & filio mitti dicitur, ita vt illa miſſio, ipſorum beneuolentiam (vt eſt ſupra dictum) ſignificet. Idem in alio de ſancto ſpiritu ſermone theologus idem inquit: Mittitur qdem œconomice, venit autem ſua ſponte, ſancti ſpiritus apparitionẽ ob generis humani commodum œconomiam appellans. Ergo queadmodũ verbum mittere, ad patrem ſimul & filium refertur, venire, vero ad ſpm. Solus enim ſpiritus venit, minimeq; neceſſe eſt intelligere, perſonam aliam cum ipo veniſſe, vel venire, ita quoq; credẽdum eſt verbum, procedere, ad patrem ita referri, vt ex ipo ſolo, non autẽ ex filio proceſſio fieri intelligatur. Cur etenim de ſancto ſpiritu loquens dñs, eum ex ſe & patre mitti protulit? de proceſſione vero faciens mẽtionem, non a nobis dixit, vel ex me, patreq; procedere, verum qui a patre procedit? Quoniam igitur ſpiritus ſancti proceſſio pr̃is propria ẽ, idcirco neceſſe nõ eſt, vt filius in ea intelligat̃, cuius qdẽ rei teſtis ẽ ſæpe nominatus Gregorius, qui de diuina℞ pſonarum proprietatibus loquens, inqt: Propterea noſtris in terminis ſtantes, ingenitum & genitum, & quod ex patre procedit, proferimus, vt ipe deus, & verbum dicit. Siquidem igit̃ ſancti ſpũs proprium eſt, non quidem ſimpliciter, ſed ex patre procedere, proprium vero cum eo, cuius eſt proprium, neceſſario conuertibile eſt, ac eidem æquale, neceſſe eſt, has enuntiatiões veras eſſe quod ſanctus ſpũs eſt, id ex patre procedit, & quod ex patre procedit, id ſanctus ſpiritus eſt, ita vt ſi quid aliud eſſet, quod ex alio quoq; procederet, id ſpiritus ſanctus non ſit, quod palam eſt ſecundum veram rationem conuerſionis. Fieri ergo non poteſt, cum ſanctus ſpiritus ex patre procedere dicit̃, vt ex filioq; ſubintelligat̃ procedere, quam qdem firmiſſimam rationem, ex noſtri ſeruatoris verbis, necnon ex noſtro theologo habuimus. Nunc ad ipſius noſtri ſeruatoris diſcipulum, & arcanorum eius participem, & cœleſtem hominẽ, ac vas electionis Paulum veniamus, quidq; ipe de ſancti ſpũ ac eius eſſentia ſcripſerit ad Corinthios, accurate conſideremus. Nos autem (inquit) nõ ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex deo. Ne autem quiſpiam crederet Paulum ex filio quoq; ſubintellexiſſe, per beati Iohannis theologi doctrinam inſpiciat, eandem ipam Pauli theologiam dilucidantem, ea videlicet in parte, qua ſemper virgine dei ge-

Margin notes: Iohan. xv. d (beside "theologiæ ſecreta proderet"); E (right margin, beside "ad perſonam ſingulam"); F (right margin, beside "quoq; credẽdum eſt"); 1. Cor. 2. c (beside "ac eius eſſentia ſcripſerit ad Corinthios")